

LIBER PRIMVS

sensibilia ac sensitiva sub instantis libri cadunt speculatione. Ordo autem huius est quoniam primus est inter eos qui de operationibus agunt propinquus: & animali essentialibus magis & mox sequitur eum q̄ est de anima: eo sic dicente in huius libri principio (Quoniam autem de anima secundum se ipsam determinatum est prius: & de uirtutum qualibet ex parte ipsius: consequens est facere considerationem de animalibus & uitā habentibus omnibus. quæ sunt propriæ & quæ communes operationes). In fine quoq; libri huius expedita prius claudēs ait (De sensitivis quidem igitur & sensibilibus quomodo se habent & comuniter & unūquodq; sensitivū dictū est: reliquum autem primum fit facile considerare de memoria & reminiscētia & somno) Ex quo itaq; cæteri hunc sequuntur librum hic merito primum post librum de anima tenebit locum: In fine etiam eius q̄ de motu animalium post animalium essentiam quæ in libro de aīa completur: ea mox colligit quæ de sensu egit. dicens (De partibus quidē igitur uniuscuiusq; animalium & de aīa adhuc autem & de sensu & memoria & somno & comuni motu diximus causas) posuit hoc aduerbium (adhuc) ut per hoc operationes secundo loco pertractatas ab aīaliū essentia prius discussa separaret. Huic libello ea admodū in historiis pauca correspondēt: quibus circa finem quarti libri post eorum quæ de partibus scribuntur collectionem: sic scriptū est (Nunc de sensibus differēdum est) licet hæc aliquo etiam modo libro de anima cōuenire possint. Quæ locorum in historiis ac theoriæ causarum debita congruentia: prefatum ordinem plenissime nobis ostendit. Et hæc sufficiant de ordine libri q̄ de sensu & sensibili comuniter nuncupatur.

Ordo libri de memoria & reminiscētia

Caput VIII.

Memoria & reminiscētia fiunt cum iam sensatæ species in animæ thesauro reconduntur. ac demum cognitione in animalibus uel discursu concurrente in hominibus solis: reuocantur. Ordo autem huius libri est quoniam mox post librum de sensibilibus & sensitivis collocat. palam fit hoc ex iis quæ superius diximus. nam post collectionem exactorum in libro præcedēti de sensibilibus & sensitivis: subiūgit Reliquorum autem fit facile primum considerare de memoria & reminiscētia & somno) Huic libro nihil determinate respondet in historiis. licet hincinde passim plura de his scripta sint. cum nonnulla animalia aliis prudentiora sæpe dixerit: Et hæc satis sint de eo libello qui de memoria & reminiscētia inscribitur. qui sic incipit (De memoria quidem igitur & reminiscētia dicēdum quid est.

Ordo libri de somno & uigilia.

Caput VIII.

Expedito ordine libri de memoria & reminiscētia de ordine libri de somno & uigilia agēdum est. In hoc enim libro primo de somno secundo de somno agit. Ultimo de somnorum diuinatione. Incipit autē (De somno autem & uigilia considerandum quid sint) Est autem somnus & uigilia unum de quatuor coniugatis: in libro de sensu & sensibili ab Aristotele sic nuncupatis. est enim genus unum operationum animali propinquarum: quare tametsi una sit de quatuor cōiugationibus: seorsum tamen a reliquis tribus quæ sunt ab aīali remotiores: simul cū operationibus propinquioribus: quæ non sūt cōiugationes: tractari debuit. Vigilia enim est sensuum operatio. somnus autem illorum priuatio aut remotio: proprias uterq; habens causas. Ordo autem libri huius nec in principio libri nec in fine ab Aristotele positus est. iis enim duobus in locis ordinare non licuit cum eius ordinis certum locum in fine libri de sensu & sensato simul cum memoria proposuerit dicens (Reliquorum autem primum fit facile cōsiderare de memoria & reminiscētia & somno) Quare post eū qui de memoria & reminiscētia: mox sequi debet ille liber qui est de somno & uigilia. huic libello in historiis ea respōdet pars ī qua: post sensus: post uocem de somno licet breuibus sermoneq; succincto sic agitur. (De somno & uigilia aīalium nulla quæstionis obscuritas est &c. Satis itaq; hæc sint dicta de ordine eius libri qui de somno dicitur. & uniuersaliter de ordine librorū eorū qui de operationibus sensui principaliter attinētibus: agunt. Nunc ad eum qui est de causā motus aīalium in comuni descendamus.

Ordo libri qui de causā motus aīalium in communi agit.

Caput X.

Motus aīalium tametsi nō ita sit aīali propinquus cum nō omne aīal de loco ad locum: licet in loco moueatur: sicut sensus: est tamē eidem propinquus ualde. Hæc propinquitatem ostēdere uolēs Aristoteles ī eo qui de sensu & sensibili: cum duas aīalis operatiōes propinquas. s. sensum & memoriā tractaturus proposuerat: & motum ipsum tangere uellet: eum sub hoc noīe nō expressit. sed ea quæ ad motum de sensu cōcurrūt. exprimere maluit. ut affinitatem ipsius motus cum sensu & cum aīali nobis indicaret: dicens (puta sensus & memoria) & loco. ipsius motus subitūlit (& ira & desiderium & oīno appetitus: & cū iis gaudiū & tristitia): per hæc enim motū aīalium indicauit cū aīalis motus ut patet ī libro de aīa ab iis fiat. sensu. n. interiori triste aliqd̄ uel delectabile percipiēs: imperate appetitu: illud triste animal fugit. uel delectamentum prosequitur. ira enim desiderium & oīno appetitus: hic posita sunt: nō tāq; tales affectiōes hic tractandæ essent: cum de eis quātum licuit ī libro de aīa contēplatū sit: sed eas hic cū sensu & memoriā & aliis deduxit. ut p̄ hæc motus ipse aīaliū q̄ p̄ hæc p̄ducit sub intelligat. & quātū aīali ac sensui pp̄iquus sit clare cognoscatur. potissime cū ista p̄dicta sensu ipso p̄ducantur. & ob id et motum ipm̄ simul cum operatiōibus aīali propinquis. s. sensu memoriā & somno tractādum esse cōciperemus. Cæterū somnū & uigiliā seorsū ab operatiōibus aīali propinquis ibidē enumerauit: & inter eas quæ minus pp̄inquæ sunt: qualis est mors & uita iuuētus: & senectus. Inspiratio & expiratio apposuit. nō ut p̄ hoc eas ab aīali remotas esse putaret: cū oī ac soli aīali cōueniāt nec eo q̄ cū aliis cōiugis essent tractandæ. Sed cum una esset de cōiugatiōibus quatuor eas cōiuga narrādo cōnumerare placuit: sicut legētibus locum illū palā fit Ex iis igitur satis declaratum est quatenus operatio quæ est aīalium motus. simul cum operatiōibus aīali pp̄iquis tractanda sit. Neque putes hunc librum qui est de causā motus animalium ī communi. Incipientem. (De motu autē eo qui aīalium) aut illum qui est de progressu uel incessu animalium: fore superuacaneum. ambo enim ad disciplinæ huius naturalis complementū fuere necessarii. & loca eorū diuersa. nam ille qui est de progressu:

## LIBER PRIMVS

mox post partes aialium locari debet, quoniam rationes quarundam partium, scilicet earum quae ad motum sunt necessariae ad uolatum scilicet ad progressum natationem & reptationem: seu utilitates & causae in eo inquiruntur quae doctrina eius est pars quae partibus aialium attinet. In hoc autem qui de motu in comuni: inscribitur: causae & rationes in comuni motus aialium instruuntur, quare inter eas quae aiali sunt propinquae operationes: poni debet sicut ille in doctrina partium. hic, n. liber causas motus in comuni ille autem causas docet & rationes partium ad motum deseruientium. Hunc ordinem Themistii uerba in fine eius qui de somno manifeste approbat. (Quid sit somnus quid insomniū & quā obrem utriusque animaribus iunctum item qualis nam diuinatione ea sit quae proficiscit ex somniis dictum iam est: nunc de cō animalium motu agendum uidetur) ipse etiam Aristoteles in fine huius libri: quaecumque de aialium substantia operationibusque animali propinquis tractata fuerant: in uno epilogo per ordinem quo ea tractauerat collegit illum profecto qui est de motu statim post eum qui de somno subiūges (De partibus quidem igitur uniuscuiusque animalium & de aia adhuc autem & de sensu & memoria & somno & comuni motu diximus causas. Reliquum autē de generatione dicere) per partes eas etiam subintelligendo quae ad animalium motū utiles sunt de quibus in eo qui est de aialium progressu disputatum est, quare per illam particulam (De partibus quidem igitur uniuscuiusque aialium & de anima) totam aialiū essentiam quae in materia ac forma consistit: ante cetera in ordine colligēdo collocauit, per illud autē (Adhuc autē & de sensu & memoria & somno & comuni motu) operationes aiali proprias & propinquas: post aialium essentiam ordinauit, motū iter eas constitūens ultimum. Quibus iam expeditis & nunc collectis de secunda proposuit se tractaturae parte, scilicet generatione dicere: (Reliquum autē de generatione dicere) per illud, n. aduerbium (Adhuc) libros de operationibus: quae propinquae sint: ostendit alienam ab essentia continere tractationem & materiam, per illud uero (&) copulam primo loco positam: nobis indicauit: quod si de operationibus libri tametsi ab essentia alieni sint: & aliam tractent materiam ab essentia naturali: in eadem tamen prima methodi de aialibus parte comuni poni debent: non seorsum aliis interpositis: sed unus mox post alterum, iuxta praetaxatum ordinem, quod ex hac copula (&) hic plures iterata nobis indicare uoluit. Totus est praefatus ordo per epilogū in principio quinti libri de historiis huic similis: approbatur, ibi enim omnia eatenus dicta: essentiae & operationibus propinquis attinentia: in cōfinio primae quae est de animalium naturali essentia cum operationibus aiali propinquis: Collegit & de generatione quae secundae attinet partem: agendum esse proponit, cum dicitur (Exposui partes aialium omnium tum interiores tum exteriores: atque etiam de sensibus: de uoce: de somno & quae foeminae maresue sint: satis iam probasse existimo. Restat ut eorū generationes persequamur (Ecce quoniam modo hic epilogus in substantia idē est cum praefato epilogo: nam hic & ibi eadē se tractaturae proponit: & eadem utrobique tractata: & eodem colligit modo, scilicet essentiam & operationes aiali propinquas sicut, n. illic dicitur (omnium animalium) ita hic dicitur (uniuscuiusque animalis) sicut hic dicit (Adhuc autē & de sensu) propter eam praedictam: simili modo illic dicitur (Adhuc autē) eodem, n. hic & ibi graeco usus est uocabulo (ετι) quod latine sonat (adhuc) uel (item), licet Theodorus in praefata littera in sua translatione scripserit (atque), & sicut hic ista cōiunctio (&) plures iteratur: ita et in libro de historiis, licet Theodorus gaza illam copulam ornatus gratia praetermiserit: cur autē ista in locis artificiose posita sint: superius patefactum est: in historiis tamen posuit illam particulam (& quae foeminae maresue sint), & hoc ideo, quoniam in causae cōtemplatione de mare & foemina rationabili de ea in libro de animalium generatione agit, ut ibidem Aristoteles sic esse fieri ostendit: in historiis autē ante generationem de illis docet, Rationabile, n. fuit: cum hic & ibi: eadē: & eodē fere tractasset ordinem: eadēque mox utrobique tractaturus esset: ut hic etiam & ibi similis fieret epilogus, eadē fere colligēs: & eadē tractanda proponēs, quae et in eodē utrarumque partium loco disponeret, scilicet in cōtermino primae ac secundae partis, dixi autē (fere) quoniam nonnulla sunt quae in cōtemplatione causae tractantur quae tamen in historiis non narrantur, sicut est anima, sicuti est memoria: & si quid aliud tale fuerit, praeter pauca enim eadem hic & ibi: & eodem fere ordine: tractantur. Hunc etiam ordinem posteriorum ordo demonstrat, Completa, n. prima parte quae est de naturali aialis essentia: & eentiae operationibus: & completa secunda quae est de generatione ad tertiā in historiis iam accedēs utraque prior colligit priores: & quae tractanda fuerat de aialibus methodo in tertia parte proposuit, dicēs in octauo principio, (Generatio & reliqua aialiū natura ita se habet) hoc de secunda & prima parte, (Actiones autē & uitae pro moribus utriusque differunt) hoc de tertia parte. Quae admodum itaque in fine primae ac secundae partis: eas duas iam expeditas collegit in principio octauo de historiis: & de tertia parte se tractaturae proposuit, Sic rationabile fuit in fine prioris partis collegisse primam: & secundam proposuisse, quod utrobique factum fuit, & in historiis: & in causae cōtemplatione. Aduerte tamen quod uerborum ordo in matre graeca positus praefatum trium partium magis demonstrat ordinem quam theodori interpretatio, sic, n. graece scribitur ΤΑΥΤΗΝ ΟΥΝ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ ΤΩΝ ΖΩΩΝ: ΚΑΙ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ ΤΟΥΤΟΝ ΕΧΕΙ ΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ. Quod ad litteras sic interpretatur, (Quae igitur circa naturam aialiū: & generationem hunc habet modum). In quibus uerbis natura prior aialiū secundo generationem se praetaxasse demonstrat, Hoc dixisse uolui de ueritate illius generalis epilogi, eo quod ex illius certa ac manifestissima ueritate plurima quorundam philosophorum circa physicae doctrinae ordinem: male scripta fuisse manifestabunt. Et haec de ordine libri quae de causa motus aialium dicit: & generaliter omnium librorum primae partis quae de aialiū eentia naturali: quae de eorum operationibus propinquis agunt: tam historiis quam causae cōtemplationi attinentibus: satis dicta sint. Verum id quo potissime omnium dictorum ordo approbat: & praefatus epilogus uerificat: est maxima tractaturae omnium in theoria causae cum iis quae de aialium historiis tradunt: conformis responsentia, quod ut clarius fiat: tota utriusque summatim colligat disciplina Nam libro primo huius primae partis, scilicet libro de partibus: in historiis ea prima pars congruit quae est liber primus liber secundus & pro maiori parte tertius & quartus, quae pari ratione de partibus aialiū historia nuncupari potest, est enim de solis partibus sola narratio & historia. Ei uero quae est de partibus ad motum utilibus in theoria causae cōtento: nihil in historiis determinati correspondet, Sed plurima hincinde de iis sparsim tradita sunt, ei uero libro quae est de aia de aqua in causae theoria fit cōtemplatio: ob causam superius memoratam nihil in historiis determinati correspondet. Ei

## LIBER PRIMVS

aut qui in causarum theoria de sensu & sensibili dicitur: suo loco in historiis post animalium essentiam: Pars ea correspondet qua in posteriori parte quarti libri sic scribitur (Partes animalium interiores exterioresque generatim tum propriae tum communes ita se habent. nunc de sensibus differendum est). ei uero libro qui de somno & uigilia in causarum contemplatione ponitur: ea quoque sibi congruit pars in qua circa finem quarti libri de historiis post sensum sic scribitur (De somno & uigilia animalium nulla quaestiois obscuritas est). Caeterum ei qui est de motu in communi in causarum theoria positus: nihil in historiis determinate correspondet. Huic autem epilogo totius primae partis quae est de animalium essentia ac operationibus animalium propinquis generaliter in fine ultimi libri illius primae partis quae est de causa motus in communi debito loco posito, illa aduersatur littera quae in fine libri de partibus animalium sic inuenitur (Sed de partibus animalium quae ob causam quaeque sunt dictum iam est per omnia animalium genera. quae cum explicata sint sequitur ut de generationibus ipsorum differamus). Cuius contradictionis ueritas in posterioribus declarabitur. his expeditis ad secundam partem quae est de animalium generatione accedamus.

Ordo particularis secundae partis methodi de animalibus & est liber de generatione animalium. Caput XI.  
 Secunda pars methodi de animalibus est eorum generatio, nam essentia materiae quae sunt partes & forma quae est anima continet: generatio autem est tanquam efficiens causa quare necesse fuit de ipsa tractare generatione: tanquam de causa quomodo mouente: de qua primo de generatione: postquam de materiali formali ac finali causa se prius tractasse dixerit: tractanda ipostere exponens subdit. Restat ut de partibus quae ad generationem pertinent differamus, de quibus nihil adhuc definitum est. atque etiam de causa mouente quam sit sed de ea ipsa causa considerate: idem quodammodo est atque de generatione cuiusque agere). Haec pars secunda unum habet librum: quod de animalium generatione dicitur, qui incipit (Cum de caeteris animalium partibus tum summatim tum singulatim &c.) in quinque diuisum uolumina, in quibus quicquid tractat ad animalium generationem & alimētum quoquomodo referri debet. Ordo autem eius est, quoniam ad eum mox sequitur qui de causa motus animalium in comuni nuncupatur. Post essentiam enim & essentiae propinquas operationes: in genere pertractatas: quarum ultima est motus: generatio ipsa uti superius probatum est sequi debet. Hoc quoque eo approbatur testimonio quo in principio quinti de generatione sic scribitur) Etenim ut in initio disputationis nostrae dictum est: non quia tale quid gignitur quodque ideo tale quid est scilicet in his quae istatura definita & certa naturae sunt opera: Sed potius quia tale est. Idcirco tale & gignitur. Substantiam enim generatio sequitur: & substantiae gratia est non ipsa: generationem). Huic ordini testimonium quoque dat epilogus in fine de motu animalium superscriptus: quo scribitur. (De partibus igitur cuiusque animalium: & de anima adhuc autem & de sensu: & memoria & somno: & communi motu: diximus causas reliquum autem de generatione dicere). his etiam congruit ordo eorum quae in historiis disposita sunt, nam post partes ipsas: post sensum & somnum: praetermissa anima memoria & communi motu de quibus nihil in historiis determinati agitur: de generatione animalium in principio quinti agere incepit. Illis, nam quae in quarta continentur parte in quatuor de historiis iam expeditis: in quinto iam ad animalium generationem quae est secunda pars debite transiuit: Sic et Theophrastus de plantis scribens, Aristotelis praceptoris sui obseruatissime doctrinae animalium uestigia sequens: post plantarum substantiam: substantiae quae affectiones: in his quae de historiis plantarum ad generationem secundo loco processum fecit. Et haec sufficienter de ordine secundae partis methodi de animalibus quae unicuique habet librum in quinque diuisum uolumina, scilicet de generatione animalium: dicta sunt quae in superioribus ac inferioribus plura & dicta & dicenda sunt quae praefato huius secundae partis ordini prohibent testimonia. Nunc uero de tertia parte methodi de animalibus quae est uita & mors cum sibi cognatis disputandum, est. Si prius tamen admonuero quod littera in fine de partibus superioribus dictis contraria: nullam in se habeat ueritatem: imo falsa uel uiciata fuit: ueluti patet in superioribus: in posterioribus uero completius demonstraturi sumus.

Quod cognitio quae est de uita & morte & his cognatis est tertia pars totius methodi de animalibus. Caput XII.  
 Tertia pars methodi de animalibus est uita cum morte eiusdemque cognata, prior est enim animalium essentia post hoc per generationem quae est animae participatio nutritiue in calido animali: esse habent animalia, cum quo uita quae est eius mensura comes fit, quam uitam per diuersos trahunt status, nunc longam nunc breuem: nunc iuuenes nunc senes: refrigerium a continente in uitae conseruatione capientes: nunc sani nunc aegri. Tandem post uitae huius naufragia plurima: morimur omnes. Haec tertia pars in eo operationum consistit genere: quae non animali propriae aut propinquae: sed remotae magis sunt. Remotas, nam ab animali eas dicimus quoniam pluribus quae sunt animalia, scilicet uiuentibus omnibus conueniunt, quae sunt uita & mors, iuuetus & senectus, langor & sanitas inspiratio autem & expiratio licet solis: non tamen omnibus conueniunt animalibus. Et cum in superioribus dixerimus duo esse operationum genera: unum essentiae propinquum: alterum ab ea remotum: ex quibus quatuor Aristoteles in libro de sensu & sensibili traxerat coniuga nunc dicimus quod par unum illoque de propinquo trahitur genere, scilicet somnus & uigilia, tria uero reliqua paria de secundo operationum dicimus fore genere, scilicet de remotioribus. Dicimus igitur quod haec tertia pars quae est totius methodi de animalibus ultima: de solis est animalium operationibus non propinquis quae sunt tria coniuga: a sola natura proficiunt, scilicet uita & mors, iuuetus & senectus, inspiratio & expiratio, quae uuum aliud quoque contrariumque par in natura sit animalium: quod non inter ista sed potius post ista computari debet, quae sunt langor & sanitas, quae quidem & si uitae sint status & ante mortem in natura eueniant: non propter hoc ante necis tractatum de uis pertractari debet, cum iam uti diximus naturae limites claudat, & saltu quodam post eas res quae a sola fiunt natura: inter naturam & arte inter physicum & medicum: artificem: cum utriusque sint operum tanquam coterminae se accomodent, de quoque ordine plura in inferioribus dicenda sunt. Ordo huius tertiae partis ad praecedentes his est approbatur testimonium. In octauo, nam de historiis animalium in principio sic scriptum reperitur (Generatio & reliqua animalium natura ita se habet actiones autem & uitae pro moribus uictuque differunt). Nam expeditis partibus & operationibus propinquis in quatuor primis libris: expedita est animalium generatio in quinto sexto & septimo: quae est secundi methodi de animalibus pars: mox in octauo uitam uitaeque cognata aggeditur: quae sub tertia constituitur parte talis ergo historiae cum